



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

18. An vitae, pudicitiae, & bonorum tuendorum gratia iniquum invasorem  
occidere liceat?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

18. Nec solum vitæ, sed & pudicitiæ tutandæ causa aggressorem occidere licet,  
*L. 1. pen: ff. ad L. Cornel: de Sicar: L. unica ver:*  
*ne igitur C. de rapt: virg: Tanner: Tom: 3. Disp.*  
 4. *Q. 8. Dub: 4. n. 68. Quid ergo, si neq; vita,*  
*neq; pudicitiæ, sed bonis insidietur? an profici-*  
*ent insidiæ ad excusationem cædis?* videtur  
 hoc quoq; affirmandum quibusdam, sed  
 in Cæsaris, non conscientiæ foro; per arg:  
*L. 4. §. 1. ff. ad L. Aquil. L. si pignore 54. §. furem*  
*ff. de furt. Clarus 5. sent. §. homicidium n. 25. &*  
 47. *Farinac. q. 125. n. 168. Vasq. ill: q. 18. 5. Sed*  
 his legibus non obstantibus existimo cum  
 Tannero *Tom. 3. disp. 4. q. 8. dub. 4. num: 81.*  
 & DD. communiter, notabilem extero-  
 rum bonorum amissionem esse grave da-  
 mnum, ita, ut ad illud vitandum possit  
 quis hominem occidere: & ratio est, q; a  
 bona externa sunt media ad sustentatio-  
 nem vitæ, & conservationem honoris &  
 status, ut docet *Gl. in L. Advocati. C. de ad-*  
*voc. divers: jud. bona etiam externa dicun-*  
*tur sanguis & vita hominum, unde defen-*  
*di possunt cum dispendio vitæ alterius, si-*  
*cum & vita: quæ sententia etiam procedit*  
*quoad Clericos, ut patet ex cap: olim. de re-*  
*stit.*

*stit. Spoliat. & Mol. To. 4. Tr. 3. disp: 16. n. 1*

19. Ad hæc depræhensum adulterum  
retinere horas diurnas nocturnasq; 20. licet,  
testandæ eius rei gratia. L. capite quinto  
to 25. ff. ad L. Iul: de adult. imò nonnulli a  
pud. Less: lib: 2. cap: 9. dub. 5. n. 16. censem  
maritum, posse tutâ conscientiâ interficere  
uxorem in adulterio deprehensam  
quia in L. marito. ff. de adult. & in L. Grachi  
eodem tit. Maritus instituitur minister Ju  
stitiæ, eiq; datur facultas eam occidendi.  
*Sed hæc opinio prorsus tenenda non est*, nam Ju  
re Canonicō corrigitur, & cap: inter hæc Ni  
colaus Pontifex expressè dicit, non liceat  
juxta leges Ecclesiasticas uxorem adulteri  
ram interficere.

20. Postremò licet prehendere debi  
torem fugientem, eiique nummos extor  
quere L. ait Prætor. 10. §. si debitorem 16.  
pen: in fin. ff. que in fraud. credit. Possum  
item rescindere, quod adversarius in no  
stro fecit, cùm ius faciendi non haberet  
L. quemadmodum. 29. §. 1. ff. ad L. Aql. Pra  
terea etiam ex conventione, absq; Judici  
decreto in possessionem rei obligatae in  
possimus. L. pen. C. de pign. act. Sed & testa  
menti